



1745 426

19

ORDINIS IVRIDICI

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

H. T.

PRO-DECANVS

GEBH. CHRISTIANVS

BASTINELLER

ICTVS

SACRAE REGIAE MAIEST. POLON. AC
PRINC. ELECT. SAXON. A CONSILII AVLAE
CODICIS PROFESSOR PVBLICVS CVRIAE
PROVINCIALIS SENATVS ECCLESIASTICI
ET SCABINATVS ASSESSOR
ATQVE ORDINIS SVI
SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

*de iudicio patris circa tutelam matris
servando.*

45

ORDINIS IURIDICI

ACADEMIA VITIMBERGENSI

PRO DECANVS

GENII CHRISTIANVS

BASTIENNER

SACRAE REGIAE MAIEST. IULON. AC

PRINC. ELECT. SACC. A CONSUE. AULAE

BOHEM. ELECTOR. DE TABULIS IURIAE

PROFESSORIS IURIS PUBL. ET ECCLIASTICI

ET SABBATINAE ASSessor

ATQVE REGIIS SVI


SENIOR

LEONORI BENEVOLO

1717

Handwritten text at the bottom of the page, including a signature and date.





Est utique, cur uitam sine officiis nullam statuamus? Id quod profani etiam scriptores cognitum ac perspectum habuerunt. *Nulla enim uitae pars, asserente CICERONE de Offic. Lib. I. Cap. II., neque publicis, neque priuatis; neque foensibus, neque domesticis in rebus; neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrabas, uacare officio potest: in eoque et colendo sita uitae est honestas omnis, et in negligendo turpitudine.* Ex his officiorum generibus an illud sibi principem uindictet locum, nescio, quod tradit PAPINIANVS in l. 74. n. de R. I. *Non debet, inquit, alteri per alterum iniqua conditio inferri.* Quod quidem de nemine laedendo praeceptum quamuis non humani et naturalis solum, sed Iuris etiam diuini positiui uniuersalis sit, adeoque omnes omnino homines obliget, dantur tamen personae, de quibus cum indignatione conquerimur, quod ab iis, a quibus minime conueniat, male tractemur. Has inter personas priores partes deferruntur illis, quae natura nobis arctissimo sanguinis uinculo iunguntur, nimirum propinquis. *CICERO de Inuent. Lib. I. Cap. LV. in fin.* Hinc est, quod iniuria tanto grauior et atrocior sit, quanto maior cognatio sanguinis, ac reuerentiae, pietatis, necessitudinisque copulatio inter eos, qui faciunt et patiuntur iniurias,



iurias, intercedit. Romanorum legibus sancitum est, ut una
 omnibus parentibus seruanda sit reuerentia, *l. 6. de in ius uoc. et*
militibus etiam pietatis ratio in parentes constare, ac filio sem-
per honesta et sancta persona patris uideri debeat, filiumque, et
patrem, et matrem, uenerari oporteat, l. 1. et 9. π. de Obsequ.
parent. cum ueluti erga Deum religio sit, ut parentibus pareamus.
l. 2. π. de iustit. et iure. Sane diuina inter mandata illud
 de honore et obsequio, parentibus praestando, primum est in
 promissione gratiae diuinae, ut bene sit tibi, et sis longaeuus
 super terram, EXOD. XX, 12. DEUTERONOM. V, 16. EPHES.
 VI, 1-3. Id inuicem natura tributum est, ut ii, qui procreati
 essent, a procreatoribus amarentur. Liberis enim cuique suis
 nihil natura iucundius, nihil carius esse uoluit, nihil dignius,
 in quo omnis parentum diligentia, et indulgentia, consumatur.
 Atque nemo est, qui non liberos suos incolumes, et beatos, esse
 cupiat. Ex quo pio naturae amore erga liberos ac nepotes ma-
 ter perfectae aetatis, et auia, etsi pupillorum creditrices, aut
 debitrices sint, uolentes, non inuitae, tam iure ciuili, *Nou. 118.*
cap. 5. quam iure Saxonico, Pand. Recht Lib. I. Art. XI.
 ad eorum tutelam (moribusque hodiernis etiam ad minorum
 curam) ita admittuntur, ut omnibus liberorum agnatis et co-
 gnatis praeferantur, et mater auum quoque praecedat, modo
 renuncient aliis nuptiis, et SCTi Velleiani praesidio, omnique lu-
 ris et Legum auxilio, in fauorem sexus muliebris introducto,
NOV. 94. cap. 1. NOV. 118. cap. 5. AVTH. Matri et auiae. AVTH.
Ad haec. C. Quando mul. tut. offic. Nouo iure matri et auiae sa-
 cramentum: *ad alias nuptias se non uenire;* ob periurii pericu-
 lum in molli sexu, remissum est. Idque perinde, ac ipsa alia-
 rum nuptiarum renunciatio, ad inutiles et superfluas cautelas
 referri meretur, cum, contractis secundis nuptiis, expelli eas a
 tutela conueniat. *AVTH. Sacramentum. C. Quando mul. tut. off.*
 Attamen renunciatio futuri matrimonii sine iureiurando hodie-
 que



que in Saxonia, et quidem secundum *NOV. 118. cap. 5. et AVTH. Matri et auiae. C. Quando mul. tut. off. inter gesta, uel secundum l. 2. C. eod. coram actis, i. e. coram iudice, fieri solet, etsi extra Saxoniam fere exoleuerit, ut testantur BRUNNEMANN. ad Auth. Matri et auiae. C. Quand. mul. tut. offic. n. 5. et HOPP. ad §. 1. l. de legit. agnat. tut.* Quin et M. Martio anni currentis Collegium nostrum, ab Aduocato lleburgensi consultum, ita respondisse memini, uerb. Wenn gleich alhier, nachdem etc. die Renunciatio secundarum nuptiarum gar wohl unterbleiben kan. Nec iureiurando, quoad renunciationem S^Cri Velleiani, opus est. Atque extra Saxoniam haec renunciatio non ab initio uniuerse et generatim exigitur, sed in singulis causis, quoties usu uenit, ut mater, uel auia, tutrix, pro pupillis intercedere debeat, pro ut obseruarunt HYBER. Praelect. ad Inst. Tit. de legit. parent. tut. n. 3. et HOPP. d. l. Mater et auia, ad secunda uota aduolantes, ut dixi, remouentur a tutela. *Nou. 94. cap. 2. circa fin. Et Lex 22. Vrs. Lex enim. C. de Administrat. tut. male de femina, denuo nubente, praesumit, quasi immoderata atque intemperans sit, quae plerumque nouo marito non solum res filiorum, sed etiam uitam, addicat. Cuius rei exemplum inuenimus apud LIVIUM Histor. Rom. Lib. XXXIX. Cap. IX. sqq.* Quod uero tunc demum obtinet, quando pater in testamento aliud quicquam haud disposuit, *AVTH. Matri et auiae. C. Quand. mul. tut. off. Nou. 118. cap. 5.* Causa enim testati, quam intestati, potior, et laxior etiam potestas patri, circa liberorum tutelam, curamue, concessa est, quod plerumque pietas paterni nominis optimum pro liberis consilium capit, *l. 22. §. 4. π. ad L. Iul. de adult. et nullus est affectus, qui uincat paternum, l. ult. pr. C. de curat. furios.* Imo pater in uitam et mores eius, quem tutorem, curatoremue, liberis suis dedit, satis inquisiuisse, eumque aptum et idoneum cognouisse, censetur. *l. 1. §. 2. l. 3. l. 6. π. de confirm. tut. uel curat.* Sic pater liberorum tutelam et curam testamento



matrī recte relinquit. Atque integrum illi est, disponere, ut mater, etsi alii nubat, tamen tutelam et curam continuet. Idem filio sub poena amittendae, usque ad Legitimam, hereditatis paternae imperare potest, ut huic ultimae uoluntati suae pareat, et dicto audiens atque obediens sit, nec inuentarium, uel, quae in eius locum successit, specificationem iurata[m], nec rationes, a matre exigat, uid. *l. fin. §. i. C. Arbitr. tut.* Hoc autem casu matrem res hereditarias nihilominus priuatim consignare oportet, et filius defectum, quo consignatio laborat, probare, iurisque iurandi delatione uti, non prohibetur. *CARPZ. P. II. C. XI. D. 4.* Nec dubium est, quin magistratus, siquidem, post alias a matre initas nuptias, res pupilli periclitari intelligat, alium tutorem curatoremue constituere, et matri, ut, pro eius informatione, bonorum annotationem edat, iniungere queat. Quae in modum proxime superiori M. Martio a Collegio nostro responsum fuit, uerb. *Obwohl ordentlicher Weise eine Mutter ihrer Kinder Vormundschaft, dessen sie ad secunda uota schreitet, verlustig wird,*

AVTH. *Sacramentum. C. Quando mul. tut. off. fung. por. NOV. 94. cap. 2.*

Und der sodann constituirte neue Vormund, wegen seiner Pupillen, oder Pflegbefohlenen, von derselben die Editionem inuentarii bonorum, oder iuratae specificationis, wie auch Administration-Rechnung, zu fordern, befugt. D. a. u. d. im gegenwärtigen Fall der Vater ein anders in seinem Testament ausdrücklich verordnet, und hierunter von dessen letztem Willen ohne erhebliche und gerechtfertigte Ursache nicht abzugehen,

conf. *CARPZOV. P. II. C. XI. D. 42 et 43.*

zumahl der Vater seinen hinterlassenen einzigen Sohn, wenn er darwieder handeln, und der Mutter, nach ihrer anderweitigen Heyrath, die Vormundschaft entziehen, ingleichen von ihr die Edition

rung



ding eines Inuentarii, oder einer eydlichen Specification, und Administration-Rechnung, als womit der Vater sie schlechterdings verschonet wissen wollen, begehren würde, bis auf das Pflicht-Theil enterbet, Hiernächst einem Vater, wenn er seine Witbe und seiner Kinder Mutter zu ihrer Vormänderin ernennet, derselben die Editionem inuentarii, oder iuratae specificationis, wie nichtweniger die Administration-Rechnung, salua liberorum legitima, zu erlassen unverwehret, Ferner auf solchem Fall ihre Privat-Confignation, jedoch mit Vorbehalt des Beweises und der Ehdies-Delation wegen deren Unrichtigkeit, vor zureichend zu achten,

CARPZOV. Part. II. Const. XI. Def. 7.

So ist, vermöge der väterlichen Disposition, die Mutter bey ihres Sohns Vormundschaft, ihrer anderweitigen Verzehlichung ungehindert, zu lassen, und sie über die väterliche Verlassenschaft ein Inuentarium, oder, statt dessen, eine eydliche Specification, zu ediren, wie auch Administration-Rechnung abzulegen, nicht verbunden. Es bleibet aber der Obrigkeit, wenn sie bey der Mutter secundis nuptiis, ihr die weitere Verwaltung der Vormundschaft zu verstaten, ex iustis causis Bedencken tragen sollte, den Sohn, zu Verhütung besorglichen Schadens, mit einem andern Vormunde zu versehen, wie auch, zu des neuen Vormundes Nachricht, die Mutter zu Ausantwortung eines Privat-Verzeichnisses des väterlichen Nachlasses, und derer davon eingehobenen Nutzungen, anzuhalten, unbenommen.

Sed quanta quanta est patris, quod ad tutelam curamue filii, potestas, tanta tamen haud est, ut statuere quid testamento valeat, quod iuri repugnet. Nemo enim potest in testamento suo cauere, ne leges in eodem locum habeant. l. 55. π. de Legat. 1. Ad certum tempus, uel ex certo tempore, uel sub conditione, dum ordinarium tutelae spatium durat, posse testamento dari tutorem, non ambigitur, §. 3. l. Qui testam. tut. dari poss. Num uero ultra tempus, Legibus definitum, testamento scribere tutorem,



zorem, permittatur? anceps quaestio est. Sed praecipue spe-
 ctandum, utrum hoc, salua et illaesa filii legitima, susceptum
 fuerit; nec ne. Si prius apparet, tutelae et curae prorogatio
 omnino ualet. Nihil enim est, quod magis hominibus debeat-
 ur, quam ut supremae uoluntatis, postquam iam aliud uelle non
 possunt, liber sit filius, et licitum, quod iterum non redit, ar-
 bitrium. *l. i. C. de SS. Eccles.* Sin autem posterius manifestum
 est, patris testamentum, quoad tutelam et curam, infringitur ac
 debilitatur, quoniam liberis Legitima sine ullo onere et graua-
 mine, uel in quantitate, uel in tempore, imposito praestanda est.
l. 30. pr. l. 31. l. 32. et l. 36. pr. C. de inoffic. testam. Rei magis
 illustrandae causa, non piget, casus singularis, de quo Ordo no-
 ster M. Mart. praesentis anni consulebatur, mentionem facere.
 Constituerat pater quidam filio suo matrem tutricem, simulque,
 ut mater, finita tutela, curam usque ad annum eius tricesimum
 continuaret, iusserat. Filium tamen heredem scripserat in se-
 misse, addita conditione, ut mater hoc interim tempore usum-
 fructum, deductis necessariis uitae, curando suo praestandis, ha-
 beret, eumque honeste educaret. Et uidebatur quidem pater
 durius hic cum filio egisse, huiusque conditionem, neglecta ICTI
 PAPINTIANI, quam supra enunciaui, regula *l. 74. π. de R. I.*, in
 deterius mutasse. Nam inter omnes constat, tutelam uestitu pu-
 bertatis tolli, curam uero Iure Romano post annum XXV., et
 Iure Saxonico post annum XXI. completum, expirare. Cui
 accedit, quod interdicta domino rerum suarum cura, liberaque
 administratio, in singulare ipsius praecudicium uergit, eique no-
 xae est et fraudi. At enim uero non habebat filius, cur patrem
 impietatis accusaret, quippe Ius Ciuile aeque, ac Canonicum,
 ultimo morientium iudicio apprime faueat, illudque Legis instar
 obseruari uelit, quo nihil potentius apud nos, nihilque animo
 nostro sacratius esse debeat. *l. 10. pr. π. de inoff. testam. l. 5. π.
 Testam. quemadm. aper. Nou. 22. cap. 2. pr. Can. 4. Causf. 13. qu. 2.
 cap.*



cap. fin. X. de sentent. et re iudic. Et Lex XII. Tab. disertis
uerbis sancit: *Vti quisquam de re sua, et uti paterfamilias super
familia, pecunia, tutelaue suae rei, legasset, ita ius esto.*
Quicquid est, filius contra ius et fas nequaquam laesus erat, cum
ex patris testamento in dimidiam hereditatis partem succederet,
statuta uero loci, ubi degebat, ei tantum trientem tribuerent.
Vt taceam onus alendi, quod matri tamdiu incumbebat, quam-
diu filius sub eius cura superstes erat. Sustinuit ergo te-
stamentum paternum Ordo noster, et sequentia respondit:
Obgleich die Tutel bey denen Mündeln mit ihrer erlangten Pubertät
sich endiget, ingleichen regulariter bey denen Pflegbefohlenen die
Curatel, wenn sie nach denen gemeinen Kayserlichen Rechten das
25^{te}, und nach denen Sächsischen Rechten das 21^{te} Jahr, erfüllet,
aufhöret, Nächstdem ein Vater in praedictum Legitimae libe-
rorum nichts beständiges verordnen kan, folglich auch, da er die
Administration und den Ususfructum seiner Kinder Erb-Guths
ihrer Mutter im Testament auf gewisse Zeit beschieden, und die-
selben hierdurch in der Legitima verkürzet, solche Disposition ihre
Krafft verlieret; Diemeil aber allhier, daß des Testatoris Sohn,
vermittelst der ihm bis ins 30^{te} Jahr entzogenen Verwaltung und
Frucht-Nießung seines väterlichen Erbes, in der Legitima würck-
lich laediret und verkürzet sey, nicht zu befinden, gestalt ihm nur
tertia pars hereditatis paternae zum Pflicht-Teil gebühret, hin-
gegen der Vater denselben in der Helffte seiner Verlassenschaft,
ohne Abzug seines Eheweibes statutarischer Portion, zum Erben
eingesetzt, die Mutter auch von dem ihr gegönnten Ususfructu
den Sohn inzwischen wohl erziehen, und ihm allen nöthigen Un-
terhalt reichen muß, Ferner dieser Ususfructus, nach ihrem Tode,
dem Sohne zufällt, und sie, ehe und bevor er das 30^{te} Jahr er-
reichet, versterben kan: So erscheinet daraus soviel, daß die vä-
terliche Disposition, wegen der dem Sohne auf gewisse Zeit be-
nommenen, und seiner Mutter, cum onere alendi, überlassenen
b
Admi-



Administration und Frucht-Messung seines Erb-Theils, vor ungütig und krafftlos nicht zu achten.

Haec sunt, quae mihi, de consueto praefamine cogitanti, inter armorum strepitus et belli calamitates in mentem uenerunt. Nunc audiamus Candidatum nostrum, de uita sua laudabili uerba facientem:

Ego, GVILIELMVS FRIDERICVS KROEBERVS, natus sum Breunsdorff, die xviii. Maii, anno c1o 1o cc xvii. Patrem summa, qua par est, pietate ueneror, M. IOANNEM FRIDERICVM, qui adhuc in ecclesia Breunsdorffensi Pastoris munere fungitur, PHILIPPI, Pastoris Lehestenensis; filium; matrem uero CHRISTINAM ELISABETHAM, MELCHIORIS REICHARDTI, Pastoris Frauenbreitengensis, ac Ephorae Gothanae Adiuncti, filiam. Quibus ut semper bene sit, piis in uotis habeo. Indefessa Parentum in me studia atque beneficia eximia non possum non gratissima mentis ueneratione recordari. Haec inter primum esse, existimo, quod me, a tenera aetate, cum sanctoris doctrinae fundamentis, tum primis literarum elementis, insitruendum priuatis praceptoribus, fidelissimis pariter, ac doctissimis, crediderunt. Prae ceteris Viri multum uenerandi, M. WERNERI, Diaconi nunc Milsensis meritissimi, in me formando industriam, quam per quinquennium praestitit, nulla obliuiscit. Nec minus, post illius discessum, ea in me contulit frater, natu maximus, de me optime merens, M. IOANNES FRIDERICVS, ecclesiae Goernicensis Pastor. Si quid enim est in me ingenii, si qui in studiis, quae uocant, humanioribus profectus, pherimum me illi debere, lubens, gratisque, publice profiteor, et, quoad uiuam, profitebor. Cuius assiduo labore adiutum, tandem anno c1o 1o cc xxxv. Illustre Fridericianum, quod Alenburgi floret, excepit, ibique in literis politicioribus magis magisque profeci, doctorumque praestantissimorum et fidelissimorum, quibus singulis sua laus, suus honos, debetur, institutione per annum frui sum. Quos inter principem nominis M. MOERLINVM, Directorem tunc temporis Gymnasii. Hinc, honeste dimissus, non reuente patre, Lipsiam, mercaturam optimarum artium, accessi, ac, Rectore Academiae Magnifico, BOERNERO, Albo Rei publicae literariae nomen dedi, inque

inque numerum Cuium Academicorum relatus sum. Ne uero illotis, ut aiunt, manibus ad Iurium studia, quibus animum dederam, uenirem, per primum uitae Academicae spatium ad Philosophiam animum uerti, ac in hoc discendi genere praeceptore, fama meritisque longe Celeberrimo, MULLERO, usus sum. In historica autem cognitione ex scholis IOECHERIANIS; in Iure uero publico ex MASCOWII praelectionibus misse profeci. Attentus tandem ad Legum prudentiam, Illustres ac Iure Consultissimos Viros, TRAVGOTT THOMASIVM in lectionibus suis ad historiam et elementa Iuris, PRAESIDEM meum Excellentissimum ad Digesta, ILLVM et RECHENBERGIVM ad ius Canonicum, SIEGELIVM ad Consuetudines feudales audiui magno cum fructu. Nec disciplinas, quas ad causas in foro feliciter tractandas faciunt, neglexi. Sed IOACHIMVM, in modo procedendi uersantem, sedulo adii, et DINCKLERI collegium, quod dicunt, relatorium lubentissime frequentavi. Quorum singulorum scholis solidissimis me intersuisse, magnopere mihi gratulor. Per quatuor uero annos, quos in Academia Lipsiensi uersatus sum, et publice et priuatim dissentientium subsellia aliquoties occupasse, me nunquam poenitebit. Peractis his, discessum cogitavi. Quem medians, a Perillustri PLANITIANA MENTE Pontium suum uocatus, ubi Actuarii partes per quinque, et quod excurrit, annos gessi, tandem uero administratio iustitiae mihi fuit demandata. Tanta a Perillustri PLANITIANA MENTE in me profecta sunt beneficia, ut, debitas grates me nunquam redderum, probe intelligam, interque illa praecipuis Perillustri atque Excellentissimi GOTTLob HENRICI Nobilis Domini de PLANITZ, Dynastae in Franckenhausen etc. Serenissimo Duci Saxo-Gothano a consiliis aulae ac iustitiae etc. insignis, qua me semper dignatus est, gratia, quam nisi maxima cum animi uoluptate recorderer, ingratus, ne dicam impius, essem. Veneror itaque hunc fundatorem ac amplificatorem salutis meae, et, dum spirabo, submissa mente uenerabor. Ceterum, ante aliquod tempus ab in-lyto Ictorum Ordine Lipsiensi pro Praxi examinatus, in numerum Aduocatorum, Deo fauente, sum receptus, ac sedem Altenburgi fixi. Iam uero res in eo est, ut, ad altiora aspirans, exantlato utroque examine, Dissertationem de Immunitate forensium ab onere reficiendi aedificia ecclesiastica publice defendam. Quod faustum fore, spero, si diuina gratia, beneque sentientes, hisce conatibus meis adspirauerint.




Hactenus ipse Candidatus, qui in utroque Examine, quod ambientibus summos Iuris honores subeundum est, optime stetit, et communi concordique consensu, ut honestissimi sui desiderii compos fieret, impetrauit. Itaque futuro die *Martis* in Auditorio maiore, statis ante et post meridiem horis, Dissertationem suam inauguralem sub praesidio Viri Illustris atque Excellentissimi, D. ANDREAE FLORENTIS RIVINI, *Potentissimi Regis Polon. et Princ. Elect. Saxoniae Consiliarii aulici, Digesti infort. et noui Professoris Publici ordinarii, Curiae Prouincialis, et Scabini*, itemque *Ordinis iuridici Assessoris*, tuebitur. Quem actum solemnem ut Magnificus Academiae Pro-Rector, Patres conscripti, Proceres amplissimi, generosissimi nobilissimi-que Ciues, et quotquot Musis ac studiis nostris fauent, honorifica atque exoptatissima sua praesentia condecorare uelint, Ordinis Iuridici meoque nomine, quo decet, animi cultu rogo et obsecro, confirmans, in meque recipiens, hoc beneficii ac beneuolentiae genus gratos apud homines obseruantesque positum

iri. P. P. Dominica IV. Aduentus Christi

A. R. S. MDCCCXLV.

VITENBERGAE. EX OFFICINA SCHLOMACHIANA



Wittenberg, Diss., 1944-45


ULB Halle

005 310 547

3







1745 426
19

ORDINIS IVRIDICI
IN
ACADEMIA VITENBERGENSI
H. T.
PRO-DECANVS
GEBH. CHRISTIANVS
BASTINELLER
ICTVS

SACRAE REGIAE MAIEST. POLON. AC
PRINC. ELECT. SAXON. A CONSILII AVLAE
CODICIS PROFESSOR PVBLICVS CVRIAЕ
PROVINCIALIS SENATVS ECCLESIASTICI
ET SCABINATVS ASSESSOR
ATQVE ORDINIS SVI
SENIOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

*de iudicio patris circa tutelam matris
servando.*

UNIVERSITÄT
ZVHALLE